

Sine a-
more Dei
vita
mera a-
maritu-
do, &
mors i-
psa est.

donec requiescat in te, ea fac ut gau-
deam fruarque voluptatibus tuis ine-
narrabilibus. Denique tanta vis est ju-
cundissimæ hujus charitatis, ut fidelis
anima vitam ipsam miseram, acer-
bam, & calamitosam ducat, si absque
hac illi sit vivendum: adeo ut promta
parataq; sit dissolui & esse cum Chri-
sto, ut loquitur B. Paulus.

CAPUT XXXVIII.

QUOMODO SUMMUM BONUM
innotescat & in anima gustetur.
Pſal. 34. Gustate & videte, quoniam
suavis est Dominus.

Deus æternum, absolutum, infi-
nitum, amabile, jucundum, ef-
sentiale, & comunicativum bo-
num est, & ut tale ab hominibus in vi-
va fide, in Spiritu, ac veritate vult co-
gnosci. Id quod fieri non potest, quin
animus bonitatem, suavitatem, ama-
bilitatem & folatia cœlestia reipsa sen-
tiat & experiatur. Ad hoc autem ne-
cessere erat aliquid in homine Deo simi-
le esse, quo ipse summi boni capax effi-
ceretur. Itaq; summus Deus animam
illi inspiravit, in qua diffunderet su-
am benignitatem, in qua habitaret, &
de-

Job